



fuert; In Occidente vero adeo restricta est Imperialis Romanorum ditio, ut in sola Germania nunc residat, & nihilominus tali, ac tanta existente Imperii Romani diminutione mundus adhuc perseverat, nedom Antichristus venit; ergo defectio illa, postquam Antichristus venturus est, non est quævis diminutio, ac defectio, quamvis maxima, sed totalis omnino, unde Patres allegati de totali abolitione, & abrogatione Romani Imperii loquuntur, ut eos legenti patebit.

17 Tertio quaeritur, an Antichristi adventus sit signum iudicii appropinquantis. Pro resolutione quaeritur supponendum est hoc nomen Antichristi, quod in Scriptura solum apud Joannem reperitur, hominem iniquum significare, hostem Christi, atque in omnibus illi contrarium, unde hoc nomen Antichristus idem sonat, quod Christus adversarius, seu contrarius, & hunc hominem circa finem Mundi esse venturum ante secundum Christi adventum, ut Patres passim deducunt ex loc. cit. 2. ad Thessalon. ubi Paulus prænuncians eos, ne timerent, quasi iudicium iam immineret, ait illud non esse futurum: Nisi venerit discipulus primus, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, & exollitur supra omnes, id quod dicitur Deus, &c. & tunc revelabitur ille iniquus &c. quæ omnia de Antichristo pronuntiant Patres communiter docent, & præsertim D. Hieronymus ad Algastrum q. 1. ubi describens, quæ ante Christi adventum præcedere debent, ut signa illius, indicantia sit. Tunc sciant Antichristum idem hominem peccati, & filium perditionis, qui adversatur, & exollitur super omnes, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo sedeat, esse venturum, & subdit, quod dicitur filius perditionis, qui est universorum perditio, & quia adversatur Christo, ideo dicitur Antichristus. Hoc etiam Patres colligunt ex Matth. 24. ubi interrogatus Christus: Quod signum adventus tui, & consummationis sæculi? respondens Jesus dixit eis, videte ne quis vos seducat, unde enim venient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, & multos seducunt, &c. Surgent Pseudo Christi, & Pseudo Prophetæ, & habunt signa magna, &c. Et tunc patet signum filii hominis, in Cælo, & tunc plangens omnes tribus terræ, & videns filium hominis venientem in nubibus Cæli cum virtute multa, & majestate, quæ omnia etiam de Antichristo Patres intelligunt, & exponunt, & præsertim Joannes Chrysostomus homil. 78. ubi ait, quod sic Antichristus apparebit, post quem consummatio, & intolerabilis pœnæ sequuntur. Ex quibus omnibus deducitur tertium signum minus remotionis iudicii futuri esse Antichristi adventum, licet Ecclesie sit penitus ignotum quot post annos, vel sæcula futurus sit mundi finis, & Antichristi adventus, quæ de causa in Concil. Later. sess. 11. constit. 1. supposito futuro Antichristi adventu, prohibetur tantum, ne prædicetur tempus aliquod determinatum, in quo venturus sit. Unde stultum omnino censetur, & erroneum à Patribus omnibus, & Doctoribus, quod aliqui dixerunt, nullam circa finem mundi venturam de novo personam, quæ sit, aut dicatur Antichristus, seu Antichristum multo jam ex tempore in mundum venisse, nam omnes præcipue circumstantiæ adventus Antichristi in Scripturis indicatæ fatere cogunt, Antichristum nondum venisse, sed venturum sub Mundi finem, id est, non multo ante, quam Christum venturus sit ad extremum iudicium, etenim ut supra dictum est, ante adventum Antichristi Evangelium in toto Orbe prædicandum est, opusque est, ut ejusdem adventum præcedat totalis, & omnimoda Romani Imperii extinctio, & defectio alio, quod tamen adhuc suam auctoritatem, & dignitatem retinet, & ut mox dicemus, sub idem tempus Enoch, & Elias venturi sunt, ut animos electorum sua prædicatione confirmet; & tandem tunc erit talis Ecclesie persecutio, qualis antea nunquam fuit; hæc autem omnia nondum impleta sunt, de quo alia plura videri possunt apud Suarez disp. 54. sect. 2.

18 Hic tractari solet de genealogia Antichristi, de ejus moribus, & doctrina, de regno, ac ejus fine, & excidio, de quibus omnibus Suarez disp. 54. cit. & Brancatus noster disp. 1. de Antichristo fuse discerunt, quæ omnia hic breviter complectemur, ab eis plurimum Patrum testimonio probata. Et quoad genealogiam Patres communiter docent Antichristum esse gente Judæorum, & in Babylone nacturum, non ex legitimo matrimonio, sed ex fornicaria muliere, idque ex tribu Dan juxta prophetiam Jacob Genes. 49. hujusmodi ab initio vilis, quidem erit, & abjecta, postea vero amplissimam dignitatem, ac regiam magicis artibus per fraudem obtinebit, ita sentiant Damascenus, Anselmus, Beda, Irenæus, Theodoretus, Ambrosius, & alii Patres de Antichristi genealogia, qui ob hanc causam excellant Joannem in Apocalyp. cap. 7. Tribum Dan omnimode in odium nimirum Antichristi. Quoad mores, Patres similiter docent Antichristum fore omnium hominum, qui unquam fuerunt, nequissimum, & turpissimam vitam acturum, & quamvis exterius insignis erit hypocrita, ac pietatis simulato,

inertius tamen erit atheus, impius, & blasphemus in Deum, & Sanctos ejus, ac etiam idolatra occulte Diabolum adorans, cujus virtute signa faciet mirabilia, ac prodigia ad fidelium animos expugnandos, quæ proinde vere miracula non erunt, sed omnino fallacia virtute diaboli edita, vel hominum sensus illudicentis, vel quædam efficientis occulta virtute naturalis, quæ mira videntur; ita Patres communiter, & præsertim Damascenus lib. 4. fidei orthod. cap. 27. ubi ait, quod in Regni quidem sui, vel tyrannidis potius præludis bonitatis speciem præferret, cum autem serum potius fuerit, tunc Ecclesiam Dei persequetur, perversitatem suam omnibus depromet, & August. in tractatu de Antichristo de ejus moribus fuse discurrens inquit, quod habebit Magos, maleficos, divinos, incantatores, qui cum diabolo inspirante nutriant, & docebunt in omni iniquitate, & falsitate, & nefaria arte, & maligni spiritus erunt duces ejus, & loci semper, ac comites indiyi. Quoad doctrinam, primum, ac veluti fundamentum doctrinæ Antichristi erit Christum verum Messiam non fuisse, neque Filium Dei, neque hominum Salvatorem, & consequenter totam ejus Religionem, & Sacramentorum institutionem esse vanam usurpationem, ac proinde Moyse legem esse resumptam, & in executionem retinentem, &c. quo i quidem expresse deducitur ex Joan. 1. cana. dicente: Quis est mendax, nisi qui negat Jesum esse Christum, & hic est Antichristus. Excludo autem vero Messiam Judæi persequantur, sed esse Messiam in lege promissam, & hoc intelligunt Patres significasse Christum illis verbis Joan. 1. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me, sed alius venerit in nomine suo illum accipietis, & idem significatur illis verbis Matt. 24. Scidit, ruit vobis, ecce hic est Christus, nolite credere. Et tandem docet, ac persuadebit hominibus, ut credant nullum esse verum Deum præter ipsum, & expresse colligitur ex ad Thessal. 1. Exultate supra omnes, quod dicitur Deus, aut quod colligitur, ita ut in Templo Dei sede ad ostendens, tamquam sit Deus. Quoad regnum, ac ejus finem, & excidium, per fraudes regiam obtinebit dignitatem, & contra decem Reges, qui delecto Romano Imperio tunc omnes illius religionis occupabant, pugnavit, & expugnabit, quorum tres occidet, scilicet, Regem Ægypti, Lybiæ, & Æthiopiæ, & alios septem subjugabit, atque ita fiet Monarcha Orbis, & hoc aperte colligitur ex Dan. c. 7. & 11. supposita communi Patrum expositione, qui de Antichristo talia loca intelligunt, & præsertim verba illa cap. 7. Corvus decem, decem Reges erunt, & alios confurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & cetera Reges humiliabit. Denique Antichristus regnabit tantum per tres annos cum dimidio, & tandem occidetur in Jerusalem, ubi sedem fixerat, in Monte Olivæ Christus, sed virtute immediata, ut operæ Michaelis Archangeli cum superbit sine in illo monte conlederit, tamquam inde conleuleris in Cælum; ut fuse probat ex pluribus scripturis, & Patribus Brancatus noster disp. cit. art. 21. & Suarez disp. cit. sec. 6.

19 Quarto quaeritur, an adventus Enoch, & Eliæ ad prædicandum contra perverfam Antichristi doctrinam sit etiam signum iudicii appropinquantis. Communis est assertio Patrum, & Doctorum, & quidem de fide, aut fidei valde proxima, cum expresse ex Scripturis deducatur Enoch, & Eliam adhuc vivos in carne reservari, ut in fine Mundi veniant ad prædicandum contra Antichristi doctrinam, & ad patiendum per eum Martyrium, & consequenter futurus esse secundus adventus Christi præcursor. Et quidem adhuc vivos in carne reservari de Enoch aperte testatur Sapient. Eccl. 44. Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, ut det gentibus pacem, & adhuc apertus Paulus ad Hebræos 11. Enoch translatus est, ne videret mortem, ubi Lyranus ait, quod Enoch propter sanctitatem singulariter missus fuit vivus in Paradisum Terrestrum, unde tandem redditurus est cum Eliâ circa finem Mundi ad prædicandum contra Antichristum, ideo subditur, ut det gentibus pacem, scilicet Antichristi perditionem detegendo. De Eliâ vero expressus est locus 4. Regum 2. ubi refertur Deum per eum in Cælum Eliam translulisse, & latius Eccl. 47. dicitur Receperit, & sessit in turribus, & in scripturis in iudicis temporibus, ubi Glossa Inter lin. ait, quod venturus est ante diem iudicii secundum Malachiam Prophetam. Idem etiam passim docent SS. Patres, nam D. Amb. 1. tract. de Parad. cap. 3. ait dubitandum non esse Enoch, & Eliam, in quibus nati sunt corporibus adhuc vivere, & similitèr alii Patres loquuntur, quos fuse referunt Suarez disp. 50. sec. 1. & Brancatus noster disp. cit. art. 4.

20 Ubi etiam Suarez optime advertit hos duos viros nondum esse animis, & corporibus gloriosos, sed solum per fidem, & abstractivam cognitionem divina spectatæ, & amore fuit, & quidem quantum ad corpora spectatæ docetur ab Augustino 1. de peccatorum meritis c. 3. dicente, quod non credit eos jam in illam spirituales qualitates commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in Domino prima præcedit, &

hoc

hoc etiam ratio ipsa suadet, quia Enoch, & Eliæ reservantur aliquando morituri, & martyrii passuri, ut dicimus; ergo verisimile non est corpora habere immortalia, ut habebunt beati, quia hujusmodi corporis status est perpetuus, & cui semel datur numerus anteferat. Ex quo infertur uterisque neque etiam in anima gloriosos esse, nec clara Dei visione frui, quia ad gloriam animæ consequitur gloria corporis, quia ipsos carere diximus, & gloriam animæ corpore mortali postea possidere solum profectum, & speciale Christi privilegium. Non ob id tamen existimandum est illos perpetuo esse quasi in continuo somno abstractæ operationibus vitæ præsertim intellectuales, sed maxime in perpetua Dei contemplatione, & amore occupabuntur, quia magni spiritus, & carnis quiete fruuntur, & nullum impedimentum habent, quo minus, vel semper, vel se quantidie in iustitia adhibere exerceret, ut docent D. Augustinus lib. 3. Genes. ad lit. cap. 6. & Bernardus serm. 6. de Assumptione Domini. Neque probabile videtur, quod hujusmodi adibus mercantur, & tunc etiam sint in statu merendi, quia in tam longo tempore iustitia merita habere, & omnes Sanctos, ac etiam ipsam beatam Virginem meritum cumulo hærentes; sed probabilius videtur fuisse in statu merendi, aut ad illud tempus tantum in quo transiit illi, & ad eundem statum merendi esse redituros, quando ad præparandum secundum Christi adventum iterum venient, quia tunc eodem modo vitæ coes erunt, sicut antea, & tamquam verè martyres futuri, & aureolam martyrii consequentur, hoc autem intermedium tempore vestigium illud non mereri. Sed sent modo non sunt in statu merendi, ita neque dormendi, censerim enim debent in gratia potius mori, ita ut nullum peccatum committere possint, & minime pati horridiora somnitorum, nec illam corporis corruptionem, quæ aggravat animam, hoc enim ad perfectam animi puritatem, & quietem necessarium est, ut docet D. Bernardus loc. cit. & hec est magna pars illius quietis quæ felicitatis, quam tunc possident, cui etiam adiungitur gaudium de divinis illustrationibus, ac sequentibus revelationibus illarum saltem rerum, quæ eorum statum concernent sunt. Ex quibus tandem omnibus deducitur, ut etiam docet D. Augustinus loc. cit. verisimiliter esse Enoch, & Eliam cor paralis suis non indigere, sed absque ulla corporis immutatione, vel alteratione à Deo conservari; sicut enim Deus Moysen in monte conservavit per quadraginta dies sine ulla cibo, & potu, & hæc etiam vestes in deserto per tres annos absque ulla detrimendo, sic eadem virtute istorum corpora in eodem statu conservare potest, ac sine ulla defectu suscipiendo infirmum, ne ab ulla causa externa, vel interna ad corruptionem alterari possit, Aut hanc huiusmodi sententiam opus est hæc fortasse in Paradiso palenter, inquit Augustinus cit. sicut Adam prius quam propter peccatum inde exire meruisset.

21 Quod autem Enoch, & Eliæ tempore adventus Antichristi venturi sint etiam in mundum ad prædicandum contra ejus doctrinam, id quoque communis Patrum consensus, & deducitur ex modo dictis, cum ex Glossis, & Patribus probatum sit, quod adhuc vivos in carne reserventur, ut in fine mundi, & tempore adventus Antichristi veniant ad prædicandum contra ejus falsam doctrinam, & martyrium ab eo patiendum. Et hoc significat etiam Joanne Apocal. 11. ait venurus esse duos divinos testes læcis amicos, qui prophetabunt diebus mille diebus signa, & maxima signa, ac tandem occidendos esse, & eorum corpora in plateis Jerusalem per tres dies cum dimidio insepulta permanant; quæ omnia antem Joannes ibi non exprimit hæc duos Prophetas esse Eliam, & Enoch, ponderatis tamen eorum personarum circumstantiis quas subdescribit, & in aliis locis de Enoch, & Eliâ legitur, ex eo nimirum omnium Patrum, & totius Ecclesie consensu creditum est, alios non esse quam Enoch, & Eliam, qui ad alium finem non sunt transgredi, & in hæc mortalitatem adhuc conservati, nisi ut in fine mundi Antichristo resistant, & Christo testimonium præbent, unde etiam Patres communiter dicunt juxta numerum dierum à Joanne significatum, quod Enoch, & Eliæ prædicabunt veram Christi fidem, & poterint contra Antichristi dogmata per tres annos, cum dimidio, quo temporis spatio præsertim Antichristi pestes, Imperium, & tyrannidem vigebit, & hoc præsertim facient per Judicium salutem, qui cum tanta anxietate illam expectantes, & mirabilia ab Antichristo facta videntes, proculdubio cum ut Missam recipient; ut ergo ipsi quoque de veritate Messie aliquando sint capaces, & alii quoque infideles de eo doceantur, & fideles non seducantur, ac decipiantur, & Enoch, & Eliæ ad prædicandum Christi fidem, & confirmandum mittentur contra Antichristi doctrinam; ita in locum Apocalyp. citatum docent Ambrosius, Augustinus, Anselmus, Gregorius, Beda, & alii Patres, quorum testimonia

Maffei Theolog. Moral.

Suarez, & Brancatus loc. cit. copiose referunt. Ex quibus omnibus tandem infertur adventum Enoch, & Eliæ contra perverfam Antichristi doctrinam futurum esse, quoque signum iudicii appropinquantis, & hoc etiam minus remotionis certum jam prædicat, nam, & adventus Antichristi postibus anni adventum Enoch, & Eliæ præcedet, istem aut prædicandum apparebunt tribus annis, & dimidio ante mortem illius; ergo magis proxima erit iudicio eorum apparitio, quàm Antichristi finalitatis.

22 Quinto tandem quaeritur, an Joannes quoque Evangelista futurus sit præcursor secundus adventus Christi Domini. Asserunt aliqui Joannem quoque Evangelistam futurum esse præcursum secundum adventus Christi cum Enoch, & Eliâ; qui primo supponunt illam non hunc esse mortuum propter verba Christi Joan. ut. Sic enim vult manere, dormit, & tunc ad eos veniet epim. Christus ibi loquitur de secundo ejus adventu, cum ad dicitur, quia post ejus resurrectionem alius Christi non est adventus, nisi ad universale iudicium peragendum, ergo ex voluntate Christi, sic idem sine morte mansurus fuit Joannes usque ad secundum Christi adventum, & ita Christi verba in dilectissimi intellexerunt, unde colligitur etiam adhuc manere in corpore mortali, & aliquando morituum ex illa generali sententia Joannes est hominibus servus unus, ad Hebræos 9. ergo rediturus est, ut debitum mortis solvat, sicut de Enoch, & Eliâ dictum est.

Constat autem ex aliis verbis Christi Matt. 20. Calicem quidem meum bibere, quæ verba à Chrysostom. hom. 66. ita exponuntur, Martyrii communi potestatem, & violentiam morte, sicut, & ergo à vita discedetis, cum ergo Joann. Evangelista martyrium non sit passus, notis est illud aliquando pati, ut verba Christi implerentur, & cum Enoch, & Eliâ in fine mundi Christo impleantur, quia necque in aliud tempus, neque in alium finem reservari posse videntur. Tandem id expresse de aucto videtur ex verbis, quæ Anglus dicit Joann. Annot. 10. Quæritur utrum prophetæ quibusdam, & linguis, & regionibus, sed hoc hæcenus impletum non est, ergo faltem in consummatione sæculi implendum erit. Et hæc sententiam nonnulli ex Patribus antiquis tenent, ut refert Suarez. disp. 55. cit. fact. 3. qui tamen ibi subdit, quod postmodum probabilis est, in significatione enim Patres, ut Hieronymus, Eusebius, Ambrosius, Tertullianus, Beda, Chrysostomus, Theophilactus, & alii, quorum testimonia ibi adducit, docent Joannem Evangelistam mortuum esse, & ejus corpus Epheci fuisse sepulchrum, cui sententia etiam Ecclesie auctoritate magnum fidem facit, quæ se ipsum ejus celebrat, neminem autem collit, nisi beatum, & Deo fuerunt, ex quo deducitur Joannem jam cum Christo resurrexere in cælesti beati tudine, atque ita mortuum esse, generalis enim regula fidei est hominem justum non nisi post mortem beatitudinem consequi, & consequenter non esse venturum cum Enoch, & Eliâ, ut sicut in ipsius iudicii præcursor, quia anima jam beata non est iterum corpori mortali unienda, & ut patitur, cum nullum sit miraculum confingendum sine sufficienti fundamento, quare conclusio fidei Enoch, & Eliam secundi adventus Christi præcursores esse futuros, non ante Joannem, & tanto minus Moysen, & Jeremiam, ut etiam aliqui dixerunt apud Suarez loc. cit. absque ulla prioris fundamenti quoque loc. Apoc. cit. duo tantum præcursores venturi, & sub Antichristo passuri dicuntur.

23 Ad fundamentum primæ sententia respondetur, variis se exponitones illorum verborum Christi Jo. ut. Sic enim vult manere, dormit, & tunc ad eos veniet dicendum est cum Theophylato, & aliis Christum ibi non esse locum de secundo ejus adventu ad iudicium finale, sed de adventu ad vindictam tumendam de Judæis, non quidem personam præsentiam, sed per effectum, scilicet, per destructionem urbis Jerusalem, juxta quam expositionem Christus significare voluit Joannem vivum peccatorum usque ad illius Regis subversionem, vel sollicitur de ejus secundo adventu, & ultimo in personam præsentiam, nihil de Joanne quantum ad hoc, sequo est difficultas, affirmasse, de eundem esse solum Patrum curioforum conditionali locutione eludere voluisse, ut exponunt Chrysostomus, Cyrillus, & alii Patres. Ad Confirmationem plures Patres aliter calicem Christi bibere non solum, qui volentes pro Christo moritur, sed etiam qui exilia, Bagella, & alias persecutiones pro Christo patiuntur, quæ omnia Joannes imolatur fuit, præsertim vero, quando in serventis olei dolium nullus fuit, nec enim tunc mortuus non fuerit, tamen quia tali martyrio voluntarie se obtulit, quod quantum est de se causa erat sufficientis ad mortem inferendam, nisi per miraculum impedita fuisset, id satis est, ut Calicem Domini bibere dicitur, quæ ratione ab Ecclesie martyre sequenter appellatur. Ad ultimum plures Expositiones dicunt, illud impletum esse, quando ex insula Patmos rediens

Quare queritur, in quo tempore erit iudicium universale. Certum est, ac dogma de fide, ut etiam Scorus docet 4. d. 49. q. 2. in fine mundi iudicium universale esse futurum, & hoc debet intelligi de mundo, non quoad substantiam elementorum, & corporum coelestium, de quo infra dicemus, sed quoad generationes præsertim hominum, & consequenter aliarum rerum, quæ propter hominem condita sunt, ita colligitur ex pluribus Scripturæ locis, ut Isaie 13. *Ecc diebus Domini veniet crudelitas, & indignationis plenus, & ira, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & præceteros contendas de ea, & Ecclesiastici 18. Memento ut in die consummationis, & Sophonie 3. Effundam super eam indignationem, omnem iram furoris mei, in igne enim zelus dei devorabitur omnis terra, ergo ira indignatio Dei, quæ ad iudicium universale reservatur, in consummatione mundi exercetur. Idem habetur frequenter etiam in novo Testamento, ut Matth. 24. ubi interrogatus Christus Dominus de secundo adventu suo ad iudicium respondet: *Sicut fulgur exit ab Oriente, & partes usque in Occidentem, ita erit adventus filii hominis; sicut autem post tribulationem illam Sol obscurabitur, Luna non habebit lumen suum, & stelle cadent de Cælo, & tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli cum virtute multa, & majestate, sic etiam habetur 2. Petri cap. 3. Veniet autem dies Domini, tamquam fur, in quo Cæli magno impetu transibunt, & elementa veri calore solventur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera excutentur; ergo tempore consummationis mundi fiet universale iudicium; quæ de causa veritas hæc determinata fuit, tamquam dogma de fide in Concil. Lateran. 4. c. 1. & habetur nunc in cap. 1. de Summa Trinit. ubi de Christo hoc dogma tamquam de fide statuitur sub his verbis: *Veritatis est in fine sæculi iudicaturus vivus, & mortuus, & redditurus singulis secundum opera sua.***

Sicut autem certum est, ac de fide iudicium universale in fine mundi futurum esse; & in consummatione sæculi, ita patet incertum omnino esse præcillum, sed determinatum tempus, ut annus, mensis, vel dies, in quo ab hinc erit iudicium universale futurum, & hoc pariter habetur ex eisdem Scripturæ locis, cum veteris, tum novi testamenti, ut Malach. 3. *Ecco venit, dicit Dominus exercituum, & qui poterit cogitare adventum eius, & Matth. 24. cit. De illa die nemo scit, neque Angeli Cælorum; ergo tempus determinatum, & præcillum adventus Domini incertum est, & incognitum non solum hominibus; sed etiam Angelis, & idem etiam habetur Marci 13. Lucæ 21. quæ de eadem hoc etiam determinatum fuit, ut dogma de fide in Concil. Later. 4. sess. 11. ubi consistit, 1. prohibetur sub pena excommunicationis late sententia, ne quis certum tempus prædicere audeat, sed diem futuri iudicii. Ratio vero alia non est, nisi quia hoc ex sola Dei voluntate pendet, quæ nobis revelata non est, & ratione investigari nequit non solum ab hominibus, sed neque etiam ab Angelis, & idem habetur in Act. Apostol. 1. Christus dixit Apostolis, *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, ubi Glossa Interlin. inquit non est vestrum, id est, non est hominum iudicii nosse. Hinc valde errant antiquiores quidam, qui dixerunt mundum duraturum sex mille annis, & consequenter in fine eorum futurum esse iudicium, & secundum Christi adventum, qui error Millenariis tribus solet, illumque expressè docet Lactantius lib. 7. divinarum Institut. cap. 14. & 24. & quidam alii Patres, quos refert Suarez disp. 53. cit. sec. 4. & ait conjecturam, quæ illi utebantur, esse quia sex diebus creatus est mundus, & in septimo fuit Sabbathum, & requies; sed apud Deum mille anni sunt, tamquam dies una; ergo durabit Mundus sex annorum millibus, & postea sequetur requies diei Sabbathi. Quam conjecturam subdit nullus esse momenti, tum quia illæ metaphoricæ significationes non possunt ab uno loco ad alium bene transferri, dicuntur enim esse mille anni apud Deum tamquam dies unus, ut immobilitas divine æternitatis significetur, non vero ut dies creationis sæculum durationis mundi significet; tum etiam quia dici potest illos sex dies significare sex mundi ætates, quæ æqualem non habent ænorum durationem. Ita Suarez loc. cit. apud quem alia plura videri possunt pro huius erroris confutatione.**

Quid tandem queritur, an animæ Christi nota sit illa dies, & ab aliquo Beato cognoscatur; & ratio dubitandi est, quia loc. cit. Matth. 23. *De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli in Cælo, Marci 13. addit, Neque filius, & Jo. 15. dixit Christus Apostolis, Omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis, sed istud nesciavit illis; ergo istud non novit etiam ipse Christus. Communis tamen sententia docet animam Christi cognoscere illum diem, non scientia naturali, sed beata, & insula, & ita præsertim docet D. Bonavent. 4. dist. 48. art. 1. q. 2. ubi in resolutione questionis inquit quod absque dubio dies, & hora iudicii est nota Trinitati, & homini al-*

sumpto, & ait auctoritate Marci citata, sicut patet ex Glossa non excludi filium naturalem, sed adoptivum; vel si loquitur de filio etiam naturali dicendum est cum Augustino lib. 1. de Trinit. cap. 12. *Quod nomen iudicabitur in tunc discipuli iudicaverunt. Et cum dicitur, quod Christus nota fecit omnia Apostolis, quæ audivit à Patre, ait D. Bonavent. hoc intelligendum esse de necessariis ad salutem hæc autem magis confert, quod diem illum nesciamus, inquit Glossa loc. cit. & semper firmus incertum de adventu Iudicii, ut sic quotidie vivamus, quasi in illa die iudicandi simus. De Angelis vero, & aliis Beatis loc. cit. incertum esse, an in Verbo hunc diem cognoscant, & versimiliter esse cum Ricardo, Soto, & aliis 4. dist. 48. non cognoscat, quod tamen subdit regulariter intelligendum esse, nam fortasse à B. Virgine cognoscitur. At D. Bonavent. loc. cit. ait utrumque esse possibile, & probabile; etenim ex una parte cum soli Christo omnia scientia sit communicata non apparet ratio, cur etiam Angelis hoc sit notificatum, cum istud non sit de substantia gloria ipsorum, & cum ex altera parte Deo sint familiares, & nihil in huius rei scientia perire possint, non videntur, quare non congruat istud etiam eis revelari; ideoque facile non esse id definire. Unde concludit, quod quæ aliquæ auctoritates Sanctorum sonare videntur, quod Angeli hoc cognoscant, alique quod ignorent, alique potest, quod istud notum sit aliquibus Angelis, & Beatis, alique ignorent, & notum concudit pro illa parte standum esse, quod alique creature dies, & hora iudicii nota esse possit ex divina dispositione, prout Deo placuerit, quia magis timendum est iudicium speciale cuiuslibet, quam generale, quia quæ hoc evadit, evadit & illud, sed dies mortis pluribus revelatus est, sicut dicitur de Beato Martino, & Beato Benedicto; ergo probabile est, quod etiam dies iudicii universalis possit aliquibus revelari ex divina dispositione; ita dicitur D. Bonaventura, & optime l. c. absolute tamen loquendo dicendum est, cum D. Augustino in hæc materia opus non esse scire quantum temporis hinc futurum sit usque ad extremum iudicii diem, sed quomodo futurum sit ut curent filii lucis esse, & parato corde vigilare, qui nolunt ab illa hora, sicut a nocturno fure comprehendi.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Quæ signa præcedent iudicium universale indicant.

Hæc supponendum est multa signa, & iudicia diem iudicii, & adventum Christi Domini esse antecessura, ut ex Scriptura colligitur, quorum aliqua sunt valde generalia, & communia, & quæ diversis temporibus accidunt in Ecclesia Dei, & iam acciderunt, quævis veluti per antonomasiam in Scripturis illis temporibus attribuantur, quæ proxime iudicium universale antecessur, ut quæ Matth. 24. narrantur, *Audite utrumque prælia, & seditiones, resurget gens contra gentem, & regnum adversus regnum, & erunt pestilentie, & famines, & terræmotus, &c. & similia sunt illa, quæ refert Paulus 2. ad Timoth. 3. in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amatores, cupidi, elati, blasphemæ, &c. quæ quidem signa, quia communia sunt, & per se satis clara, nulla indigent explicatione, ut Suarez quoque advertit disp. 56. ab initio. Alia sunt signa particularia, & magis propria illius diei, de quibus dixit Christus Matth. 24. *Quomodo videtis quædam, & quædam sunt remota, quæ scilicet iudicium antecessur, & initium eius magis, vel imminis; quædam vero sunt proxima, ac veluti ipsum iudicium diem concomitantia, de quibus modo agendum est, de remotis quidem in præsentis articulo, de proximis vero in sequenti.**

Primo queritur, an promulgatio Evangelii in toto orbe sit signum approximationis iudicii, sed ante iudicium præcedendum sit Evangelium in toto orbe, sicut hoc iudicium iudicii appropinquans. Communis Patrum, & Theologorum sententia id asserit, tamquam dogma de fide, & evidentiter colligitur ex pluribus Scripturæ locis, nam Matth. 24. interrogatus Christus ab Apostolis de die iudicii, *Dicit nobis quando hæc erunt, & quod signum adventus tui, & consummationis sæculi, multa præcurrentia signa prædicent hoc præsertim assignavit, Et prædicabitur hoc Evangelium in universo orbi in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, & ita hunc locum Patres passim intelligunt, & exponunt, nam Origenes tract. 28. in Matth. sic habet, & in hoc statu, nempe prope finem sæculi, Evangelium, quod prius prædicatum non fuerat in toto mundo, tunc prædicabitur, ut omnis gens Evangelicam audiat prædicationem, & nemo derelinquatur, & tunc erit sæculi finis; sic etiam dicitur Hieronymus in prædicatione cap. 24. Matth. dicens, quod signum dominici adventus est Evangelium in toto orbe*

orbe prædicari, ut nullus sit excusabilis; ita etiam Joan. Chrysol. homil. in 2. Epist. ad Thesal. c. ubi ait, *Ponit autem multa ipse Dominus signa adventus ejus, unum quidem maximum dicens, quando prædicabitur Evangelium apud omnes gentes, ita etiam Jo. Damascenus lib. 4. de fide orthodox. c. 27. Cyrillus Hierosol. cath. 15. Theodoret. in 2. ad Thesal. c. 2. & alii passim. Denique probat D. August. pluribus in locis præcipue videtur cap. 10. & lib. de unitate Ecclesie cap. 19. ex locis omnibus veteris testamenti, in quibus promissa est Christo omnium gentium, nationumque possessio, dominium, ac veneratio, Psalm. 72. *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum, Psal. 58. Omnes gentes quæcumque feceris, venient, & adorabunt eum, & Dominus Psal. 2. Psal. à me, & habo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminus terre Sophon. 2. & adorabunt eum omnes loci sui, omnes insula gentium, Malach. 1. Ab omni Sels usque ad occasum magnus est nomen nomen gentium, & in omnibus sacrificatur, & offerretur nomini tuo oblationes multas; ergo ante mundi consummationem, & diem iudicii hoc totum verificari debet, quod per Evangelii prædicationem Christi totius mundi possessionem, & dominium accipiat.**

Sed obstat gravis difficultas, quod hoc signum non sit authenticum, nam jam inde ex tempore Apostolorum in universo terrarum orbe Evangelium Christi prædicatum fuit, & promulgatum, ut testatur Paulus ad Romanos 10. *In omnem terram exit sonus eorum, & in finem orbis terra verbum eorum, & tamen iudicium universale tanto temporis spatio adhuc non est factum. Pro huius difficultatis solutione varias adducunt illius loci Patrum expositiones Suarez disp. 56. cit. sect. 1. & Brancarus nosse disp. 3. art. 4. & quidem locus ille difficilis est, nec absolute intelligi potest, ut verba sonant, quod tempore Apostolorum Christi Evangelium in omnibus provinciis, & locis ubi homines habitant, fuerit prædicatum, & promulgatum, nam Origenes, & Augustinus loc. cit. testantur nec etiam suis temporibus Evangelium Christi in universo orbe prædicatum fuisse, quod plane verissimum est, constat enim etiam in nostra ætate plures provincias inventas esse, ad quæ Evangelii prædicationem nunquam pervenerat, cum ille neque Apostolis, neque ante postquam ætatem cognovisset, ut patet de novis Indis in America. Itaque inter omnes illius loci expositiones aptior videtur Theodoret. Ambrosii, & quorundam aliorum Patrum explicatio, qui illum intelligunt de Judæis tunc in toto orbe dispersis, ipsi enim omnes audierunt Evangelium tempore Apostolorum, nam Paulus loc. cit. Judæos potissimum convincere intendebat, & de eis loquitur, cum ait *Nam quid non audierunt; & ait illos inexcusabiles esse quia omnes qui tunc erant in orbe toto dispersi, vel ipsam Apostolorum præsentiam, vel per famam de opinionibus huius aetatis de Messia adventu jam secuto Evangelium audierunt ex hoc autem non sequitur, quod omnes etiam Gentiles tunc in diversis mundi partibus existentis id audierint, quia cum non essent de Messie adventu solliciti, fana ad eos in universum pervenire non poterat.**

Rursus est difficultas, quem effectum sit habitura hæc universalis Evangelii prædicatione, primum iudicium inchoetur, an scilicet, non solum prædicandum sit Evangelium in universo orbe, & fides Christiana ubique disseminanda, sed etiam ab omnibus recipienda, itaque totus orbis ad Christum sit convertendus, & Religio Christiana professus, antequam iudicium inchoetur. Asserunt aliqui, quod probant omnibus Scripturæ testimoniis ex Augustino nuper adductis de promissionibus Christo factis: *Dominabitur à mari usque ad mare, &c. & de universali tam gentium, quam Judæorum conversione ad fidem Christi, ex quibus motibus Brancarus nosse in hæc sententiam inclinat loc. cit. quia inquit. Propheta jam sæpe prædixerat Christum dominaturum in toto mundo, dilatandum ejus divonem in omnes gentes, & recipiendum ab universis, antequam iudicium inchoetur. Quod etiam verba Christi insinuare videntur Jo. 10. quod dixit, *Alia ovis habet, que non sunt ex hoc ovile, & illas oportet me adducere, & per unum ovile, & unus pastor, sed plane hoc asserere non cogitur ex responsione Christi Apostolis data Matth. 24. quando ab eis interrogatus fuit de die iudicii, & signis, quæ illum præcedere debebant non enim dixit *Crederet hoc Evangelium in universo orbe, sed ait quod prædicabitur, nec dixit, quod prædicabitur, ut omnes crederent, sed ex testimonio omnibus gentibus, ut qui credere noluerint nullam habeant exculationem, ut unanimiter omnes Patres exponunt; ergo ex verbis illis Christi non convincitur Evangelium ubique recipiendum esse, ut tenet allata opinio, sed tantum prædicandum, ut illud non recipientes nullam exculationem habeant. Quapropter cum nihil certi circa hoc punctum nec ex Scripturis, nec ex antiquis Patribus habeamus, hoc ex illis ve-***

risimilius deduci potest, ut Suar. bene dicitur l. c. quod Evangelium per universum Orbem ita sit prædicandum, ut ubique in omnibus regionibus, & præcipuis Provinciis templi in abeantur & Christiana religio recipiatur, & exerceatur, & hoc modo Christus ubique agnoscat, & colatur, hoc enim expressè docent omnes Patres citati, & hoc modo exponunt testimonia Prophetarum adducta, præsertim Augustinus loc. cit. non tamen necessarium est, ut per hanc universalem Evangelii prædicationem, & fidei Christianæ diffusionem, ut aliquo tempore ante iudicium totus simul mundus convertatur, & Catholicam Religionem amplectatur, itaut in limine iudicii universalis nullus profusus infidelis, aut hæreticus reperitur. Quare licet definitè negari non possit ita esse futurum, quia hoc etiam ignoratur tamen neque definitè affirmari potest, cum non sit revelatum; illa enim verba Joan. 10. *Etis unus ovile, & unus pastor* non significant fore aliquando, ut universis orbis; & omnes homines intra Ecclesiam Dei sint comprehendendi nullus sit infidelis, aut hæreticus, sicut enim ovile constitutum sub uno Pastore Christo, ejusque Vicario; nam etiam modo totus Orbis Christianus, & Romane Ecclesie, seu Romano Pontifici spiritualiter subiectus vere unum ovile constituit sub uno Pastore Petri successore, & Christi Vicario, & tamen alibi infideles, & hæretici in quibusdam regionibus, & provinciis, ut Germania, & Polonia sunt cum Catholicis, & fidelibus permixti; Itaque Christus ubi præceteris verbis de uno Pastore solam prædicare voluit gentium, & Judæorum conversionem, & ex gentibus & Judæis unum ovile constituendum esse, atque unam Ecclesiam universalem, & Catholicam, quæ quantum est in se omnes complectatur, etiam adhuc alii infideles, & hæretici sint fidelibus, & Catholicis permixti, inde in ea propositione accipitur major pars, vel maxima pro toto.

Secundo queritur, an Romani Imperii defectio sit signum venturi iudicii Conveniunt Patres, quos fuisse referunt Suarez d. 56. cit. sect. 2. & Brancarus nosse d. 4. de Antichristo, 3. Romani Imperii destructionem inter signa futuri iudicii, non negandum esse, quod desinat ex Epist. ad Thesal. c. 1. ubi Paulus promonens eos, ne timeant, quasi iudicium de proximo instaret, ait *Rogamus vos fratres per adventum Domini Nostri Iesu Christi, ne terre trematis, quasi instet dies Domini, & ne quis vos seducat, nulla modo, quoniam nisi venerit discipulo primus, & revelatus fuerit homo peccati filius perditionis, &c. ex quibus verbis colligitur Patres, quod ante adventum Christi ad iudicium inchoandum debet filius perditionis, id est, Antichristus, & antequam præcedere debeat discipulo, per quem intelligitur Romani Imperii defectio, & destructionem Glossa Interlin. Ordinaria, Ambrosii, August. Hieron. Chrysostomus, Tertullianus, Lactantius, Theophilatus, & alii Patres & præfatis Auctoribus relati, & ibi Glossa Ordinaria rationem assignat, cur Paulus de eodem materia oblores de tali discessione locutus, ne scilicet, callumatum incurreret, quod Romano Imperio male optaverit, cum noster unum esse speraretur omnes igitur unanimiter docent unam ex signis finem mundi, & adventum Antichristi indicaturis esse Romani Imperii defectioem. Quare restat sola difficultas, quid non Romani Imperii sit Intelligentium, & quomodo sit defecturum, de quo variis extant modi dicendi à prædictis Auctoribus adducti, quos brevitate gratia omittimus, & breviter dicimus cum Brancato nostro loc. cit. quod licet aliqui nomina Romani Imperii intellexerint potestatem Papæ, & nomine defectioem Imperii intellexerint potestatem Papæ, & nomine defectioem recessam ab obedientia, & fide, sed fidelitatem Papæ, alii à fide recessam, revera tamen de defectioem intelligi debet, sed defectio Imperii secularis, seu Imperialis potestatis in Cæsaribus Augustis existentis. Ratio est, quia omnes Patres ad huc unanimi consensu locum Pauli intelligunt de seculari potestatis defectioem, non autem de potestate spirituali Pontificis, quæ nunquam in Ecclesia Romana cessabit juxta Christi oraculum Matth. 16. *Tuæ Petrus, & super hæc petram, &c. & porta inferi non prevalent adversus eam, quibus verbis significatur Sedes Apostolica, & Ecclesia firmitatem neque tempore Antichristi ab infidiis Diaboli fore convellendam, imò maxime, tunc patebit fidelium constantia circa Ecclesiam, ejusque caput. Cum igitur locus Pauli de discessione ab Ecclesia intelligi sit, & queat, remanet ut de Romano Imperio intelligendum non quilibet recessio, aut rebellio ab Imperio Romano debet intelligi, nec quilibet ejus est gravis diminutio, sed quia si ita intelligi deberet, jam multis ante sæculis Antichristus venisset, eam antea plures, & gravissimas clades tunc in Oriente, tunc in Occidente Romanum Imperium habuerit, etenim in Orientem ab Arabis & Saracenis tam dire, ac inique per continuas clades, & invasions allatum est, & contractum, ut tandem per invasionem Mahometi Secundi Saracenum Regis omnino extinctum**





descendit, & pluit super Sodomam, & Gomorrhiam, ita etiam tunc descendit fore ad iram ostendendam iudicis adventantis, quem dicendi modum sequitur Suarez disp. 172. sec. in fine. Scotus noster 4. dist. 47. qu. 2. inquit ignis originis, & possibilitatem tot modis excogitari posse, quot modis Deus potest ipsum per se, aut per causam secundam producere, probabilius tamen videri, quod sicut ignis potest extra suam sphaeram esse in materia aliena, ut in corpore ignito, vel carbone, vel flamma, sic vapores exsistentes in aere per iudam positionem possunt igniti, & illa ignitio successiva nunc illorum vaporum, nunc illorum, sicutem pro toto aere supraposito regioni habitabili hominum, potest dici illa conflagratio. Denique D. Bonav. l. c. inquit in huius resolutione difficultatis Sanctorum inforti- tati innotere oportere, quia est ipsi hoc non aperte determinent quid sit illa ignis, & unde originandus; tamen excellens Doctor Augustinus dicit, quod haec mundanorum ignium conflagratio, sicut factum est aquarum inundatione diluvium, & ideo hinc auctoritatis innitendo ait, quod sicut in diluvio non fuerunt novae aquae creatae sed eadem illae multiplicatae sunt, & hoc opere adiutorio Superiorum corporum, per quae facta est elevatio vaporum, sicutiam ait, quod non solum ignis, qui est in sua sphaera, sed omnes ignes, & qui in terra, & qui super terram, & qui sub terra sunt, concurrent ad illam conflagrationem, sicut videtur velle Augustinus, unde tandem concludit, quod non creabitur novus ignis, sed virtus superiorum corporum conuertet ad ignis multiplicationem, & actionem. Ita Seraphicus Doctor l. c.

QUESTIO SECUNDA.

De iudice, ac eius iudicaria potestate.

**P**ostquam in precedenti questione de iudicio universalis fuero tractatum est, ac signis illud praesentibus, tam remotis, quam proximis, in praesenti de iudice in eo futuro, ac eius iudicaria potestate tractatum est, quoniam secundum Christi Domini adventum ad universalem iudicium, & finale; in huiusmodi iudicaria potestate totaliter nititur, atque primo de Christo iudice agemus, deinde de iudicaria eius potestate, & usque.

ARTICULUS PRIMUS.

An Christus venturus sit iudex in finali iudicio, & quomodo.

**P**rimo certum est, ac dogma de fide Christum Dominum in die finalis iudicii supremum Iudicem esse futurum, ita Scotus 4. d. 48. qu. 1. cum ceteris Theologis ibidem, cuius veritatis expresse sunt plura in Evangelio testimonio, ut Matth. 25. *Cum venerit filius hominis in nubibus caeli, & congregabuntur ante eum omnes gentes* &c. & Ioan. 5. *Patres non iudicatis quemquam, sed solum iudicium dedit filio, & inferius omnes iudicantes sunt auctores vocem filii Dei, & proinde Omnes quos non iudicaverit pater, non iudicabuntur in die*, & 1. ad Thim. 4. & ad Corin. 5. *Omnes nos manifestabimus ante tribunal Christi* &c. & Ad. Apoll. 10. *Pater enim iudicabit vivos & mortuos*. In veteri etiam testamento haec veritas praedicta fuit Daniel. 7. *Aspiciebam donec throni positi sunt, & anteignas dierum sedes, & infra iudicium sedes, & ibi operabuntur, & inferius. Et erat cum nubibus caeli filius hominis, & nubes ad antiquum dierum pervenit, & sedes ei posita est, honorem, & regnum, quem locum exponens Rubertus cap. 13. in D. inquit. *Non enim iudicabit per se, nisi per illum, sed per illum Dominus dicit, omnia iudicium dedit filio, & hinc haec assertio, tanquam dogma de fide statuta est in Concilio Tolosano. 1. & Conc. Later. 4. c. 1. & habetur in cap. Firmiter de summo Tribu. & fide Cathol. his verbis Venturus est in fine saeculi iudicaturus vivos, & mortuos, & redditorum singulis secundum opera eorum, tam reprobos, quam electos. Et tandem haec veritas habetur in Symbolo Apostolico Niceno Constantino-politano, & Athanasio, in quibus Christum Dominum profitentur venturum esse in fine saeculorum ad iudicandum vivos, & mortuos. Quare solum aliqua dubia restant solvenda circa modum huius secundi adventus Christi Domini ad hoc iudicium peragendum, pro quorum resolutione quaefixa sequentia breviter discutentur.**

34. Secundo quaeritur, an signum Crucis praesentium sit ju-

dicium, tanquam proprium eius vexillum. Pro cuius resolutione adfirmant omnes Patres tam Graeci, quam Latini communi consensu, quod praesentis signis proximus quasi praecedenti allatis art. 3. neque in Sole, Luna, ac Stellis in terra, ac mari; praemisso item magno per Angelos tuba sonitu, quo excitati mortui resurgunt, & ignis conflagratione inchoata, immedie ante Christi adventum apparebit in aere signum Crucis resplendentis, quod deducunt ex verbis ipsius Christi Matth. 24. *Tunc apparet signum filii hominis in caelo, & tunc plangent omnes tribus terra, & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli, quod signum omniter dicunt nullum aliud esse futurum, quam Christi Crucem, unde Glossa Interlinear. ibi ait, quod hoc signum erit signum Crucis, ut videant, in quem transierunt, & Lyranus, inquit, quod tunc post praedicta signa apparebit signum filii hominis, id est, Crucis, Clavi, & Lanceae quae sunt passionis Christi instrumenta, unde & ipsa Ecclesia canit: *Haec signum erit in caelo cum Dominus ad iudicandum venerit*. Apparebit autem hoc signum in secundo Christi adventu, ut ait Augustinus serm. 130. de tempore ad terrorem, & confusionem impiorum, ut agnoscat consilium iniquitatis suae, qui Dominum maiestatis crucifixerunt, & ad consolationem, & gaudium iustorum, qui videntes signum, quo sunt redempti, summa consolatione, & gaudio afficiuntur, quod etiam affirmat Cyprilianus serm. de Nativit. cum aliis Patribus. Quae autem, & qualis futura sit illa Crux, aliqui existimant illam eandem futuram esse, in qua Christus ipse pepercit, & fore in die iudicii reformandam, collectis, ac invicem inter se compactis particulis omnibus, & singulis, quae per universum Orbem dispersae fuerunt in Coelique levitiam, & coram Christo ad iudicium veniente deferendam; ita Vvaldenis tom. 3. de Sacramentalibus tit. 20. c. 178. quam existimat Chrysolostomus fuisse sententiam homine Crucis, & Latrone, ubi ait, quod Crucem solum non reliquit in terra, sed secum ex ad Coelum levavit, & ideo cum ipsa veniet, & cum ipsa secundam gloriosam suam praesentiam faciet; Verum, ut inquit Suarez disp. 17. c. 1. sect. 4. sola Crux lignea Christi, in qua ipse pepercit nimis exigua est, ut possit ab omnibus videri, & tam ingentem mittere splendorem, omnemque fines terra ultra Solis claritatem illustrare, ut Patres passim dicunt, & ideo cum aliis probabilibus existimant, non ipsum lignum Crucis, sed solum signum, eiusque imaginem in aere formatam esse apparituram, & hanc ait fuisse sententiam Div. Anselmi in Elucid. D. Antonini, D. Thomae, Abulensis, Janfenii, & aliorum. Quomodo autem haec Crux apparit in aere sit futura, subdit Suarez ibidem, tribus modis intelligi posse. Vel ut appareat in aere, ibique immobilis persistat in aliquo loco, ubi ab omnibus ad iudicium congregatis conspici possit. Vel ut ab Angelo deturatur, tanquam vexillum, quod iudicem praecedat. Vel ut prius in aere appareat, & postea ab aliquo Angelo assumatur, & ante iudicem deferatur, & ait singulos modos possibilis esse, ac probabiles, cum Scripturis reyclatum non sit aliquid certum in hoc puncto, sed cum tamen motum videri probabiliorum, ut magis conformem modo loquenti Patrum; qui signum illud Crucis vexillum Christi appellatur, quando in secundo eius adventu ad iudicandum veniet, ut memoria passionis eius per illud excitata, maiorem patris consolationem, & gaudium, & impis terrorem, atque confusionem afferat.*

35. Tertio quaeritur, qua gloria, & maiestate descensus sit Christus ad iudicium. Et Patres similiter communi consensu affirmant, quod post signum Crucis immedie, tanquam fulgur apparebit Christus immedie cum splendore magno, & maiestate, & gloria, & cum magno Angelorum comitata de Coelo descendet, praesentibus Angelorum tubis, ubi etiam observandum est cum Suarez disp. cit. sect. 1. ab initio, hic lemmem non esse de gloria intrinseca ipsius Christi descendentis, cum enim beatissimo animi essentialis sit immutabilis, ita etiam claritas, & aliae doctores gloriae, quo corpori communicantur, sunt immutabiles, unde haec gloria intrinseca non erit eo die maior in anima, vel Corpore Christi; quae tunc sit sed solum ferio hic est de exteriori gloria apparatu, & externis signis maiestatis, quae in adve aut suo exibeat, & quae varia modis in Sac. Scriptura proponuntur, ut Matth. 24. *Sicut fulgur erit ab Oriente, & sicut nubes ad Occidentem, sic erit adventus filii hominis, quoniam eodem modo describitur Luc. 17. ubi Glossa Later. et haec comparatione dicit proprietates in Christi apparitione colligi, velocitatem, scilicet, & splendorem quae adventus eius, inquit, erit luitus, & confusio, & Lyranus ibidem ait, quod licet adventus in eam fuerit occultus, tamen adventus ad iudicium erit ita manifestus, quod aliquem latere non poterit, & subdit Matth. ibidem. *Erunt autem filii hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa, & maiestate* ubi Glossa Ord. ait, quod secundus adventus, non humiliter*

ut prior, sed et in gloria demonstrabitur, quo etiam modo dicitur Lyranus ibidem, & rursus c. 25. inquit *Cum autem venerit filius hominis in nubibus caeli, & omnes Angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, ubi etiam alius circumstantie apponitur, ut Suarez advertit, quod huiusmodi signum, & gloria huius secundi adventus declaratur; hic enim innuitur Angelorum comitatus, quorum nullo deest, qui Christum non comitetur, & que in iudicio assistat, & ministret, cui etiam consonat, quod habetur Daniel. 7. ubi postquam throni positi sunt ad faciendum iudicium inquit: *Milia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei*; quibus verbis tota Angelorum multitudo indicatur, quae innumerabilis est. Et tandem, quod Christus praesentibus Angelorum tubis descendet, habetur 1. ad Thim. 4. *Ipse Dominus in nubibus, & in tuba Dei descendet de caelo*, ubi Lyranus ait, quod illa tuba non est aliud, nisi vox praedicta, quae dicitur tuba propter similitudinem tubae materialis veteris testamenti, quae habet vocatio ad Conc. & praeparatio ad bellum, & invitatio ad bellum, quae tunc omnes congregabuntur ad iudicium, & armabitur creatura in dilectionem inimicorum, & invitatio iusti ad bellum Angelorum. Ita Lyranus ibid. An autem Angeli veniunt sine cum Christo in corpore assumptis, an vero solum in substantia spirituali, nihil habemus in Scriptura, sed solum ex circumstantiis secundi adventus id est concludendum quibus attentis, verisimilius est ut ait Suarez loc. cit. venturos tunc Angelos in assumptis corporibus lucidissimis, & corporeis, quia cum hic Christi adventus sit finalis, & cum gloria, & apparatu externo, ac sensibili, congruum videtur, ut omnes Christi comites, & ministri sensibilibus corpora assument, ut splendor huius adventus, & maiestas sensibilibus oculis ab hominibus conspici possit unde sicut in Christi ascensione haec ratio Angeli, qui Apolloni apparuerunt verbis credibile est eadem ratione in descensu humana, ita patet vocatio ad Conc. & praeparatio ad bellum, Christi ad iudicium in eo ministerio Christo ministrabunt, illos saltem qui in eo loco apparebit Christus descendens.*

36. Quarto quaeritur, in quo loco apparebit Christus descendens, ubi sicut, & in quali situ. Cuius quaeritio resolutio pendet ex superioribus dictis, quae praeced. art. 1. nu. 9. & seq. diximus cum Scoto 4. dist. 47. qu. 1. s. *De Quarta*, quod in valle Josaphat, & locis circumstantibus iudicium in universa fiet; & loquens Doctor de loco iudicii inquit, quod fore etiam coniecitur ab aliquo, quod iudex descendet inferius in aere, in quo fuit transfiguratio, vel in quo transfiguratus est coram A. o. i. i. i. in qua transfiguratio ostendit signum gloriae futurae. Ex quibus Scoti verbis deducitur probabilius esse, Christum in regione Ierusalem circa montem Oliveti, & vallem Josaphat esse appariturum, cum ibi faciendum sit universale iudicium, ut dictum est loco citato, & in loco praefatae regionis, non in terra, sed in aere apparebit, ut ibidem dictum est. Ita Glossa Ordinaria in c. 1. Joell. Ver. *Congregabitur*, ubi ait, quod Christus descendens ad iudicium, non in terra, sed in spatio huius aeris sedebit contra locum montis Oliveti, ex quo ascendit, & sic etiam dicitur Lyranus ibidem, exponens enim illa verba *Deducam eos in vallem Josaphat*, inquit, quod Christus descendens ad iudicandum apparebit in aere super montem Oliveti, unde ascendit in Coelum, & iudicium apparebit circa locum illum. Hoc etiam expresse deducitur ex 1. Thessalonicen. 4. ubi dicitur *Deinde nos qui vivimus, qui reliquimus simul rapiemur cum illis obviam Christo in aere, & sic semper cum Domino erimus*, ubi Lyranus ait, quod in aere profertur sententiam iudicii super vallem Josaphat; ergo si electi referuntur per Angelos rapiuntur ad Christum ex aere, ubi sententiam profertur, ibi Christus silet. Denique quoad situm, quo ibi stabit, communiter Patres docent, quod sedens in throno apparebit, & iudicabit, quod etiam expresse habetur loco citato Joell. 3. ubi dicitur *Conjurgant, & ascendant gentes in vallem Josaphat, quia ibi sedebit, ut iudicem omnes in convectu*, & Marc. 13. *Cum venerit filius hominis in nubibus caeli, & omnes Angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes*, & hoc quidem rationaliter dicitur, quia ut ait Anselmus in epist. ad Romanos c. 14. iudicantis est sedere, iudicandum vero ante Iudicem bare, omnes enim stabimus ante tribunal Christi, ut ibi inquit Apollolus, & hoc etiam praedixit Ioan. in Apocal. c. 20. *Et videbunt thronum magnam candidam, & sedentem super eum, & videbunt magnum, & passibiles stantes in conspectu throni, de quo throno dicitur etiam Daniel. 7. Aspiciebam donec throni positi sunt, & anteignas dierum sedes* &c. Quamvis autem haec omnia, quae de throno, & sede Christi iudicantis sunt scripta intelligi possint solum per metaphoram ad explicandam gloriam, & maiestatem Christi venientem ad iudicandum, ut exponit Origenes tract. 34. in M. arti. attamen sicut caetera, quae ad glo-

riam Christi spectat signis sensibilibus representanda intelliguntur, ut supra dictum est, ita pariter verisimile est etiam in figura externa, & sensibili sedentem ad iudicandum iudicem auctoritatem, & maiestatem iuxta illud Psalm. 9. *Sedebit super thronum, qui iudicabit aequitatem*, ut Suarez advertit sect. 3. cit. in fine, ubi etiam subdit improbabile non esse, non solum in loco iudicii Christum esse hoc modo sedentem, verum etiam in eodem throno de Coelo descendentem, atque in eo humeris Angelicis esse devehendum, non quod ipse vehiculo indigeat, sed ad supremi honoris, & maiestatis significationem, & ostensionem.

37. Quinto quaeritur, in qua forma Christus apparebit, & an omnibus visibilis. Communis est sententia Patrum, & Theologorum 4. dist. 48. qu. 1. & est dogma de fide Christum in die iudicii in forma humana appariturum esse, ut ab omnibus videatur quod constat ex pluribus Scripturae locis saepe cit. Matth. 16. *Filius enim hominis venturus est, & sedens super thronum, & iudicabit aequitatem* c. 26. *fuerit adventus filii hominis, c. 21. Cum autem venerit filius hominis c. 26. videbunt filium hominis venturum*, Luc. 17. *Sic erit adventus filii hominis, & ita loquitur Scriptura in omnibus locis, ubi est sermo de secundo Christi adventu, dicens venturum esse, ut filium hominis, id est, ut hominem descendentem, & appariturum. In hac autem forma apparebit, ut ab omnibus videri possit tam electis, quam reprobis, ut constat ex loco citato, Matth. 24. ubi dicit. *Et patrebis signum filii hominis in caelo, & tunc plangent omnes tribus terra, & videbunt filium hominis venientem*, &c. unde D. August. tract. 24. in Joan. ait quod forma hominis Christi videbitur in iudicio a piis, & impiis, a iustis, a fidelibus, & infidelibus, a gaudentibus, & a plangentibus, a confis, & a confusis, & lib. de Trinitate, & Unitate Dei cap. 7. addit, quod formam hominis tantum in Christo videbunt impii ob eo iudicandi, de quibus dictum est, videbunt in quem transierunt; non autem formam divinitatis quia ut ipsemet docet lib. 1. de Trinit. cap. 12. illam Dei formam, in qua equalis est Patri, procul dubio impii non videbunt, non enim sunt mundi corde, Beati enim mundi corde quoniam ipsi Deum videbunt; unde si reprobi in die iudicii divinitatem Christi viderent, non amplius essent reprobi, sed beati. Ita etiam dicitur D. Bonaventura 4. dist. 48. art. 1. qu. 2. dicens, quod in die iudicii filius hominis apparebit, ut ab omnibus videri possit, unde non apparebit malis in forma Dei; distinguunt tamen ibi duplicem divinitatis cognitionem. unam per signa, & effectus, aliam in sua forma, & essentia, & inquit quod reprobi bene habebunt cognitionem de Christi divinitate per signa certissima, & per effectus manifestos cognoscunt, quod ipse est Deus omnipotens; cognitionem autem, quae est in propria forma, quae est per visionem apertam, hanc quidem non habebunt, & ratio huius est, quia talis forma omnino est improporcionabilis oculis peccatoris, & improporcionabilis oculis omnibus, qui non sunt sublimari per gloriam, vel per gratia verberandantiam, & quia reprobi non dabitur gratia, nec simpliciter, nec ad tempus, ideo Deum non videbunt. Ratio autem quare non dabitur eis virtus, quae faciat eorum aspectum habilem ad videndam eam lucem, est illa, quam tangit Ildorus, & August. quia si haberent oculum aptum, haberent summam delectationem, quam impossibile est esse, & indecens in peccatoribus. Ita Seraphicus Doctor l. c. ac etiam Scotus, quia tunc impii nullum gradium habebunt.*

38. Postremo quaeritur, an Christus tunc apparebit in forma gloriosa. Ratio dubitandi est, quam tangit Scotus dist. 48. cit. q. 1. ab initio, nam ex una parte videtur, quod sic, quia *venit cum potestate magna, & maiestate*, Luc. 11. ex alia parte videtur, quod non, quia si in forma gloriosa apparebit duplex sequitur inconveniens; unum est, quod corpus gloriosum possit videri oculo corporali non glorioso, quia damnati videbunt eum iuxta illud Jo. 19. *Videbunt in quem transierunt*. Aliud inconveniens est, quod tunc damnati delectarentur in visione illius formae gloriosae, delectabile enim praesens, & perceptum a sensu delectat; nullam autem delectationem habebunt in aspectu iudicis, sed dolorem, & tremorem. Hanc difficultatem resolvit D. Bonav. d. 48. cit. art. 1. q. 3. dicens, quod Christus apparebit in forma gloriosa non tantum bonis, sed etiam reprobis, & non erit differentia ex parte apparentis, sed ex parte respicientium, boni enim respicient gloriosam formam cum gaudio, & gloria, sed mali cum confusione, & poena, confundentur enim in aspectu eius, & non poterunt eius fulsine intinuit propter conscientiam remorsum, & propter excitationem ferendae sententiae contra eos; & contra vero, & ob oppositam rationem boni delectabuntur. Ex qua doctrina facile solvitur ratio dubitandi adducta; reprobi enim aspectus tam pulcherrimum delectationem afferre poterit, quia tormento, quae patiuntur, & timor comparendi coram Iudice ab ipsis offenso, ac veracundia fa-